

nere, & per *Authent. quod sine C. de testamentis, quod dubito, videri possunt pro negativa, & quod non valeat sine testibus, præcipuè Iacobus Cuiacius consult. 1. Salicetus in §. ex imperfecto leg. hac consultissima, C. de testam. Alexander consult. 76. nu. 3. & 12. lib. 3. Ruiuus consult. 11. nu. 6. vol. 3. Decianus resp. 125. nu. 14. Molina de iustitia, & iure tract. 2. disp. 128. nu. 1. vers. observa tamen. Barbosa remissivè in *Authent. si modo, C. familiæ erciscunda, n. 3. pro affirmativa tamen, & quodà scheda nullis testibus præsentibus adscripta servanda sit, ex d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, l. ultir. C. familiæ erciscunda Fachineus lib. 4. controvers. cap. 1. Tiraq. de privilegijs p. a. causæ, privil. 4. Gilchenius in d. §. ex imperfecto num. 15. Thadeus Pifo, lib. 1. var. cap. 7. nu. 7. Hartman Pistor. lib. 1. q. 1. n. 4. Reufner de testam. part. 4. cap. 3. nu. 18. Guilielmus Benedictus in cap. Rainutius verbo testamenti nu. 85. Menochius de præsumptionib. lib. 4. præf. 7. nu. 5. & consult. 224. nu. 56. vol. 3. Grassus §. testamentum quæst. 16. nu. 2. Julius Clarus eodè §. quæst. 14. vbi additionator latè explicat, Cancerius, lib. 1. var. c.**

4. ex num. 5. Nicolaus Genua, de scriptura privata lib. 6. cap. 1. ex num. 35. Barbatia conf. 38. lib. 4. Corneus. conf. 307. nu. 6. & 9. vol. 3. Elbertus Leoninus, conf. 98. nu. 4. Peregrinus, conf. 61. nu. 3. lib. 1. Boerius decis. 240. Phœbo decis. 56. nu. 5. Buratus, decis. 475. nu. 1.

24 Vt tamen perfectè hæc materia, quæ subtilis est, tradatur ad explicationem prædictæ, *Authentica quod sine, & schedulæ*, hoc casu sustinendæ animadvertendū oportet, quod scheda debet continere diem qua facta est, aliàs nihil probat, nihilque operatur. Socinus Iunior, conf. 3. nu. 4. vol. 4. Cephalus conf. 377. nu. 20. vol. 3. Decianus, conf. 34. nu. 5. vol. 1. Natta, in d. *Authent. quod sine* num. 39. Clarus vbi supra num. 2. Cancerius, num. 5. Phœbo num. 9. Caballus, conf. 106. nu. 22. lib. 2. Fusarius, conf. 41. nu. 2. Genua d. cap. 1. nu. 207. Gratianus disceptat. forens. cap. 235. ex num. 7. Antonius Gabriel, de testamentis conclus. 9. nu. 15. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 7. art. 3. nu. 15. Fontanella, de pactis nuptialibus tom. 1. clausul. 1. nu. 9.

25 Et si in arca fuerit reperita scheda, sed manu patris scrip-

scripta aut subscripta nõ fuerit, minimè sustinebitur, Paulus, & Iason, in d. *Authent. quod sine*. Guilielm. Bened. in c. Rainutius de testam. 1. p. n. 87. Mainard. decis. 15. li. 5. Clarus, q. 14. n. 5. Cancer. d. n. 5. in fine, quia ex dicta *Authentica quod sine*, scriptura parentis opus est, adeò quod non valebit, si liberorum tantum subscriptione habeat, vt resolvit videndus Marta vbi supra n. 10. quidquid contrarium dixerint Natta in d. *Authentica quod sine* nu. 51. Vvesembecius conf. 90. n. 7. quorum opinio tantum potest procedere, vt valeat scheda à filijs subscripta, vt contractus ex cõventione ipsorum, non vt patris testamentum, vt bene notavit Clarus d. q. 14. nu. 6. Argel. de acquirend. possess. q. 6. artic. 9. n. 5. & 17. Fusarius vbi sup. n. 22.

27 Et ante omnia constaret debet, quod manu testatoris scripta sit scheda, vt sustineri valeat, ne falsitas facillè committatur. Bart. in l. si scripsero, ff. de conlit. & demonstrat. Crotus in l. 1. §. si quis ita sub n. 4. lect. 2. ff. de verb. obligat. Boerius decis. 240. n. 5. Menoc. cõf. 313. n. 45. Peregr. conf. 61. col. 1. lib. 1. cum multis Grassus d. q. 16. n. 4. Castill. lib. 4. cap. 20.

n. 29. Schedulam autè scriptam esse manu testatoris cõstabit, si liberi sic fateantur, ipsorum enim causa est, & quæ admodum si ab ipsis scripta fuisset, vt contractus valeret omnino, ita illis fatentibus idem dicendum est, cum partis cõfessio melior probatio sit, Phœbo vbi supra nu. 6. Genua d. c. 1. n. 27. Et ita intelligendus est Castill. d. c. 20. nu. 34. constabit etiam per computatione litterarum, vt ex Grasso, Mieres, & Castillo fundatur infra c. 18. n. 30. vbi quæ hic deficiunt, vidèda sunt.

28 Sed quod ad materiam nostram perfectionis, & imperfectionis voluntatis genuinè facit, illud est, quod prædicta scheda debet esse perfecta, ita quod appareat parentes per illam scripturam voluisse testari, nã secus est, si testator per illam se preparavit ad testandum, quia preparatio voluntatis non est consideranda, l. fideicommissa, §. quoties, §. de legatis 3. Et per consequens talis scriptura non dispositiva inter liberos non est testamentum inter eos. Marta d. art. 3. n. 2. & 3. Sicut quando scripta est scheda per verba futuri temporis, nam tunc imperfecta est

I etiam

etiam voluntas. Marta d. q. 7. art. 1. n. 12. & facit l. fin. de heredit. instituendis, de qua infra c. 16. n. 19. debet enim schedula scripta esse verbis de presentis, non de futuro, ut sustineatur, & perfectio, & deliberatio voluntatis testatis appareat.


30 Imperfecta etiam cognoscetur schedula si manu testatoris scripta, aut subscripta non sit, in hoc enim consistit perfectio, & valor huius dispositionis, ut supra n. 25. Et si continet multas cancellationes, & apostillas, quia non est verisimile, quod testator in ea animum firmare voluerit ad perfecte testandum. Ioann. de Anania in cons. 28. & Bolognin. in addit. post n. 9. ut si multa in apostillis in margine apposuit. Boerius decis. 48. n. 11. Decianus cons. 99. n. 9. vol. 2. & cons. 86. n. 15. Farinac. decis. 576. n. 2. vol. 2. & de falsitate q. 153. Quod magis procedit, si testator post factam scripturam diu supervixit, a tunc eam non reduxit in puram scripturam sine cancellationibus. Marta d. q. 7. artic. 3. num. 4.

31 Idem erit, si schedula in breviaturis etiam visitatis scripta sit. Bartolus in l. quo-

ties n. 4. ff. de heredit. instituend. ubi Nœvius in sistema nu. 2. & 3. Natta in d. Authent. quod sine n. 38. Grassus §. testamentum, q. 16. n. 3. Iulius Clarus eod. §. q. 14. n. 3. Tuschus conclus. 101. n. 3. lit. T. Genua de scriptura privata lib. 6. cap. 1. ex n. 222. Antonius Pichardus in §. nihil autem instit. de testam. tit. 5. & 8. argumento l. 7. tit. 19. part. 3. Qua prohibetur tabellionibus, ne quidquam per compendium scribant, ut falsi omnino evitetur occasio. Quod maxime procedet, si summa aliqua pecunie signis Arithmeticis exprimitur, quia de facili potest falsitas committi. Clarus d. q. 14. n. 3. Et ita non constabit per illam de perfecta testatoris voluntate, quæ apparere non dicitur ubi falsi suspicio adest. Clarus num. 2.

33 Denique perfecta vel imperfecta demonstrabitur schedula ex tenore ipsius scripturæ, ut ex multis resolvitur infra c. 9. ex n. 45. ubi quæ hic deficiunt, videri possunt. Perfectio enim dispositionis cognoscitur ex ijs, quæ dicto in capite traduntur, & etiam faciunt tradita infra cap. 16. ad quæ si casus se obtulerit, recurrere poteris.

CAP.



CAPUT VIII.

DE MELIORATIONE ALICUI EX LIBERIS facta in testamento imperfecto ratione voluntatis, an valeat, & quid si imperfectum fuerit ratione solemnitate, & utrum privilegium testamenti inter liberos procedat tantum si facta inter eos aequali bonorum divisione, & remissive quid si liberi non sint in potestate parentum, aut sint naturales, aut spurij.

SUMMARIUM.

Meliorare unum ex liberis vel plures in tertio, & quinto bonorum parentibus permissum est. 1. Melioratio alicui ex liberis facta in testamento imperfecto ratione voluntatis invalida est ex resolutione Roderici Suarez, qui refertur. 2. Ayora notatur quatenus dixit meliorationem validam fore etiam si constaret legata voluisse facere testatorem, & non fecisse. 3. Melioratio facta in testamento non solemniter ob impedimentum

superveniens valida est si testamentum perfectum sit ratione voluntatis. 4. & 5. Melioratio facta in testamento non solemniter, quia pater testatus fuit minus solemniter secundum privilegium testamenti inter liberos, an valida iure Regio sit, dependet ex altera controversia, an lege 3. Tauri privilegium testamenti inter liberos ablatum sit. 6. Privilegium testamenti inter liberos an procedat facta inter eos in equali bonorum divisione, questio est celebris, referuntur utriusque partis Authores,